

*Franciscus Karoli, a Franciscan priest and friar from Uppsala, formerly lived in the convent of Viborg (Viipuri) in the diocese of Turku, where once a fellow brother was attacked by a layman with a sword, so that he fell to the ground. As the layman persisted in his attacks, Franciscus seized a crossbow, without intending to hurt the layman but to prevent him from killing his fellow brother. Raising the weapon, he told the layman to cease attacking the brother or he would suffer. The layman then aimed his sword at Franciscus and tried to strike him. The suppliant, fearing for his life, held the crossbow in front of him to defend himself and accidentally shot an arrow, which hit the layman on the jaw. The layman died from the wound. Julianus, cardinal priest of San Pietro in Vincoli, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis for inspection and commissions the diocesan bishop to declare Franciscus innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.*

Frater Franciscus Karoli presbyter professus conventus Upsalensis ordinis fratrum minorum *exponit*, quod, cum ipse olim in quodam alio conventu Viborgensi eiusdem ordinis Aboensis diocesis existeret et quidam laicus certum ipsius exponentis socium fratrem eiusdem ordinis 5 gladio evaginato invasisisset adeo, quod dictus frater retrocedendo in terram ceciderat, ac alias eundem in terra iacentem insequeretur, dictus exponentis quandam balistam dicto laico pertinentem non tamen animo aliquem offendendi sed potius laicum predictum, ne eius socium confratrem interficeret et <ut> a persecutione huiusmodi desisteret, 10 terrendi manibus arripuit ac eam extendendo telum inposuit et ad ipsum laicum dixit “Desinas fratrem meum amplius prosequi et molestari, vel alias te male tractabo”. Quo dicto prefatus laicus dimisso fratre ipsius exponentis volens dicto exponenti apropinquare quendam gladium contra ipsum levavit satagens cum eodem ipsum exponentem 15 verberare. Quod videns dictus exponentis timens sibi mortis periculum imminere vel alias enormiter offendi balistam huiusmodi extensam pro defensione manu sua sinistra dumtaxat ante caput suum tenuit ita, quod preter ipsius exponentis voluntatem dicta balista sagittam emisit et casualiter dictum laicum in maxilla taliter lesit, quod ex huiusmodi 20 lesione postmodum diem suum clausit extreum. Cum autem dictus exponentis in mortem dicti laici minime aspiraverit et alias, quam ut premittitur, de morte ipsius culpabilis non fuerit ymo de ea valde doluerit, prout dolet de presenti, cupiatque in omnibus suis ordinibus perpetuo Domino famulari, ab aliquibus tamen simplicibus et iuris-

28:208v

---

251 Anno octavo domini Sixti pape *iiii<sup>t</sup>* in *marg. sup.*; Rome Idus Novembris in *marg. sin.*; Uxsalensis (*i.e.* Uxsalensis) in *marg. dext.* | 251,1 Uxsalensis] Uxsalensis *cod.* | 3 Viborgensi] Viborgensi *cod.* | 7 balistam] *post corr. cod.* | 8 socium *ex consocium corr. cod.* | 9 persecutione] *persecussione cod.* | 10 ac + ex *ante corr. ut vid.* | inposuit] *inposuit cod.* | 11 prosequi] *i. q. prosequi* | 17 caput *post corr. ut vid.* (*fort. ex capud*)

ignaris ac ipsius exponentis forsan emulis in eum labia detractionis <sup>25</sup>  
aperire volentibus asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum  
incurrisse et irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam contraxisse  
et propterea in omnibus suis ordinibus ministrare non posse. Ad ora  
igitur talium et aliorum sibi super hoc in futurum forsan obloqui  
volentium emulorum obstruenda supplicat sanctitati vestre dictus <sup>30</sup>  
exponens, quatenus ipsum premissorum occasione nullum homicidii  
reatum incurrisse, maculam irregularitatis nullam sive inhabilitatis  
notam contraxisse, sed quod libere et licite in omnibus suis ordinibus  
ministrare possit et valeat, misericorditer declarare dignemini ut in  
forma. Fiat ut infra. Iulianus tituli Sancti Petri ad Vincula. Videat eam <sup>35</sup>  
dominus Anthonius de Grassis. Committatur ordinario et, si vocatis  
vocandis sibi constiterit, quod exponens vim vi repellendo et se de-  
fendendo aliter fugere seu mortem evadere non valeret balistam  
tenuerit, ut prefertur, et de aliis expositis, declaret, ut petitur.

---

251,25 detractionis] *i.e.* detractionis | 35 Videat...Grassis] *in sin. parte pag.*  
| 36 Committatur...39 petitur] *in dext. parte pag.*